



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

154 Bulla Coenae Domini, an ubique sit usu recepta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

phorum : civitates , Bononia , Cesena ,
 Atimium , Beneventum , Perusium , Ave-
 nio , civitas Castelli , Tudertum , Ferrar-
 iæ , Comaclam , ac aliæ terræ , civitates , &
 loca Romanæ Ecclesiæ , mediatè , vel im-
 mediatè subjecta ; ac jura , & supremam
 jurisdictionem Romanæ Ecclesiæ in præ-
 dictis civitatibus , terris , ac locis specta-
 tem offeantur , *ut in ead. Bull. Cœn. Domini* ,
nu. 20. Sayr. lib. 3. c. 24 per totum ; & de qua
 excommunicatione habetur apud S. An-
 tonin. *par. 3. tit. 25. c. 73. Cajet. in verb. ex-*
communicatis c. 17. & Tolet. in instruct. Sa-
cerd lib. 1 c. 30.

154 *Quæritur* , † an dicta Bulla Cœnæ Do-
 mini sic ubique ulu recepta , cum alicubi
 contrarium præcedatur , & inquit Azor.
eodem libro quinto , capitulo duodecimo , co-
lum. 8 & 9 sub. vers. quæri solet. primum fal-
sum omnino esse , quod auctores contra-
rium tenentes asserunt , seculares magistra-
us , & judices multas clericorum , & eccle-
siarum causas jure cognoscere , & tractare ,
tacito Romanorum Pontificum consen-
su , & tolerantia ; & quod nullus judex ec-
clesiasticus habet pro excommunicatis ,
qui talia faciunt ; imò nec ipse Papa , nec ul-
lus illos devitat.

Imò Summi Pontifices , ut notissimum
 est , quotidie reclamant , conqueruntur ,
 prohibent , pœnas constituunt , & senten-
 tias ferunt in laicos , talia facientes , ut patet
 manifestè ex actis judicialibus Auditorum
 Cameræ ; ubi quotidie expediuntur
 litteræ pro habendis indicijs ; & dein-
 de monitoriales , ut personaliter compare-
 ant ij , qui ita conveniunt , atque consen-
 tiunt ; contra quos pronunciantur senten-
 tiæ condemnatoriæ , lata etiam , & publica-
 ta sententia declaratoria excommunica-

tionis . Id etiam constat ex pluribus deci-
 sionibus , & sententiis Auditorum Rotæ ,
 in quibus omnino improbantur , & dam-
 nantur tales recursus ; & ij , qui recurrunt ,
 declarantur excommunicati , *ut supra de-*
duxi , sub verb. decimosexto , numer. 87.
cum pluribus seqq. quod semper servatur
apud Sedem Apostolicam , quando de
hac re notitia cum legitimis informa-
tionibus habetur . Imò quotannis in die
Cœnæ Domini Romani Pontifices
publicam , & solemnem excommuni-
cationem ferunt contra magistratus , ju-
dicis , & Principes seculares , qui in
suis tribunalibus causas clericorum , vel
ecclesiarum tractant , & judicant , vel
ad sua Prætoria revocant : vel apud se di-
plomata Pontificia , vel litteras Apostoli-
cas detinent , ne ad effectum deducantur :
& in eos , qui ad laicos in prædictis causis
cõfugiunt , & recurrunt . Quæ omnia aper-
tè ostendunt , & indicant longè abesse ab
his omnibus tacitum Romanorum Pon-
tificum consensum , & præsumptam , quam
vocant , patientiam , contra deducta per
Ignat. Lop. virum alioquin doctissimum ,
in annot. ad prax. crim. Diaz post. cap. 103 ,
fere per tot.

155 *Nec* † valet , quòd quidam opponunt ,
 non satis esse , si Romæ publicentur ex-
 communicationes contentæ in Bulla Cœ-
 næ Domini , quoniam verissima est senten-
 tia communi consensu theologorum , &
 juris canonici doctorum , & summistarum
 recepta , sufficere promulgationem Romæ
 factam , nec requiri , ut in singulis Provin-
 ciis hujusmodi excommunicationes pro-
 nuncientur , & hæc Azor. *ubi supra* Et Na-
 var. loquens de excommunicatione , 14-
 Bull. Cœn. Domini , sic ait.

Video